



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Helladius Conf. 18. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

124 VITÆ SANCTORUM. 18.Fe
mortem babit. Ex Dial. S. Greg. lib. 3
cap. 5.

Semper Diabolis nostris saturatur ex cul-
pis : Ille cibum nostrum deducit in crap-
lam , potum nostrum in ebrietatem diffu-
dit , ut mentem faciat amentem , carnem
luteum reddat , corpus animi domicilium ,
animæ vas , murum spiritus , virtutem
scholam , Dei templum in scenam crimi-
num , in vitiorum pompam , in volupta-
tum redigat theatrum . S. Pet. Chrys.
serm. 12.

S. HELLADIUS CONF. 18.Feb.

Primam ætatem maximamque vita
aulicus HELLADIUS , alteram mo-
nachus , ultimam Pontifex egit ; om-
nem ita , ut dubitem , quam sanctius .
Rempublicam cum adhuc administra-
ret , latere jam tum sub purpurâ mona-
chum deprehendisses , ita modestia hanc
ornabat . Ergo igitur quoties via ad mo-
nasterium Agaliense ferebat , descendere
HELLADIUS ex equo , amissaque famulo-
rum & clientem grege , Dei servis ope-
ram suam locare , furnoque instruendo
ligna comportare iis humeris , quibus re-
gni onera solebat . Quantum Superi ! re-
fert , quibuscum familiaritatem ineas .
Consuetudo haec sancta paullatim om-
nem mundi pulchritudinem ex animo
HELLADII delevit , & id denique potuit ,

ut

19. Feb. VITÆ SANCTORUM. 125
ut sanctissimus aulicæ servitutis transfuga pro pileo cucullum inter non ignotos jam Sodales quæreret. Dedere & hunc & monasterii præfecturam insuper. Mox Toletana quoque insula invitum texit. In hac maxima gemma eminebat ultima modestia, quâ iterum mendicabulorum societatem purpuratus ambiebat. Atque hos quidem ita foveri ab illo vidisses, ut spiritum illius ex horum pendere crederes. Obiit annis meritisque gravis, cùm literis mandare nihil voluisset, pluris faciens scribenda facere, quâm scribere facienda. Ex Ildeph. & Bar. Not. Mart.

Quomodo non verè humiliabitur anima in cognitione sui, cùm se percepit oneratam peccatis, mole mortalis corporis aggravatam, terrenis intricatam curis; carnalium desideriorum face infectam, praelivem ad vitia, invalidam ad virtutes? S. Bern. serm. 36. sup. Cant.

S. AUXIBIUS E. 19. Feb.

A uxibio patria Roma fuit; natales & census patritii; indoles à primis annis in Christianam religionem prona. Tamen nobilem civem in exilium, qui minimè debebant, parentes egerunt. Cùm enim nuptias, ad quas hi pro imperio cogere velle videbantur, non posset aliter quâm fugâ declinare, in Cy-
prusa